Eckius. De mundi contemptu



Cracoviæ. 1528


V
B J
C
4348
CIMELIA


BIBLIOTEKA JOSEFA WOLFF

DE MVNDI CON= TEMPTV ET VIRTVTE AM= plectenda Dialogus.

Suppellectilium Fasciculus Carmine Elegiaco Valentino Eckio Authore.

LEONHARDVS COXVS BRITANNVS
Libellum pio Lectori commendat.

Semita virtutum duris riget aspera saxis
Et pauido multos cogit abire metu.
Illa sed æternam lassis in fine quietem
Præbet, & in campis collocat Elisijs.
Altera lata quidem viciorum callis & ipsum
Ingressis primum molle patescit iter,
Ast trahit in præceps voluitq; per ardua captos
Hæc infœlices meta subinde manet.
Qui cupit Herculeis insistere passibus ergo
Ille Valentino iam duce carpat iter.
Qui facili pinxit compendia quæq; tabella
Nec quisquam melius talia vel breuius.



NOBILISSIMO DOMINO DOMINO ALEXio Thurzo de Bethleemfalua, Comiti Zoliensi & Camerario Cremnicensi, dño & heredi Plesnensi, dño suo colendissimo, Valentinus Eckius Salutem cum sui commẽdatione præcatur.

ARistocles ille qui postea ob egregium corporis habitum Plato dictus est, quadruplicem nobilitatis metatus est gradum. Primum insignem illustrium maiorum prosapiam. Secundum parentum dominantium potentatum. Tertium non uulgarem auitæ uirtutis famam, egregio aliquo facinore strẽnue adeptam. Vltimũ autem, propriæ uirtutis præcellenciam. Etsi nobilissime domine Alexi tribus primis gradibus & celebris & præstans depræhendaris. Postremo tamen quum reliquos tum quoq; teipsum superare contendis. Quippe qui tanto omnium uirtutum munere condecoratus es, ut tuæ insigni familiæ plus honoris atq; nobilitatis ipse attuleris, quàm ab ea acceperis, imitatus in hoc fœcundos agros, qui susceptum semen centeno fœnore compensant. Nolo hic percensere fœcundissimam familiæ tuæ stirpem, unde tot insignes heroes, tot sacrati pontifices, pullularunt, Nolo efferre florentissimum paternæ nobilitatis nomen, quod tu adeo illustras atq; irradias, ut uel solus maximum maximo generi splendorem afferre sufficias. Siquidem illustres generosæ naturæ dotes, & eximia omnium ocæ fortunæ ornamenta adeo egregie in te solo cumulata sunt, ut quem tibi nostræ tempestatis æquiparem, aut priscæ ætatis antepo nam, inueniam nullum. Vt enim cæteras quibus præfulges obticeam uirtutes, strennua rei militaris negotia, & literarum otium tanta fœlicitate coniunxisti, ut dubium sit an hoc an illo sis clarior, Quum enim ad equestrem te uertis prouintiam talis àc tantus appares, ut cum Vergiliana Didone suspensi animo dicere possumus. Quem sese ore ferens? quàm forti pectore & armis. Credo equidem (nec uana fides) genus esse deorum. Nam quoties ad celebres regum aut principum conuentus proficisceris, tam exquisitam semper præ te fers magnificentiam, ut tibi præ omnibus optimo iure illustrioris accessus palma tribuatur. Non patitur præsens angustia uerba exemplis confirmare, tamen è recentioribus unũ attulisse haud inoportunum duco, Vidit nuper Polonia in Hymeneis inuictissimi regis sui Sigismundi, quàm præciosa tua magnificentia præpolleat equitatu, uidit inquam & summa cum admiratione stupuit, quum tua splendidissima equitum turma quanquam non ualde numerosa selectissimo suo cultu tot milia militum quot tunc Cracouiæ uisebantur, & si non omnino superauerit, attamen illustriores magna cum laude æquarit. Hæc laus tua, hic gentis honor uenerandus auitæ, sed hac de re satis. Ad literarium deueniam studium quo imprimis celebratissimus es, quæ enim te latent historiæ? quas fabulas ignoras? quæ scripta non legisti? Ausim dicere singulas singulorum scriptorum æditiones tuæ magnificentiæ esse cognitissimas, nec mirum, iuuat nanq; ingenium natura docile legendi sedulitas, quicquid enim à rebus tum publicis tum priuatis ocij tribuitur, id totum literario studio impendis, hinc quoq; non minus ipsos literatos uiros quàm ipsorum studia colis & obseruas, quod si reliqui nostræ tempestatis facerent principes uideremus quantum utilitatis eruditorum uirorum ingenia ipsorũ beneficentia excitata nobis quottidie apportarent, nos etenim cum seris nepotibus præclara nostrorum maiorum facinora, & res domi atq; foris strennue & summa laude gestas, cum magna tum admiratione tum utilitate essemus lecturi. Possum ergo dijs hoc supplicare de te, quod fortissimus ille græci exercitus dux suo de Nestore, utinam tui similes multos nostra haberet Hungaria, iam enim barbari esse desineremus, certaremus cum græcis, uinceremus Italos, florerent literarum studia, florerent & literati homines. Ast auri sacra fames plerosq; nostri seculi principes tanta mentis caligine afficit, ut literis posthabitis (sine quibus non nisi imaginarij bullatiq; sunt principes) & neglecta immortali fama, quæ ex inuiolabilibus scriptorum monumentis adquiritur, soli auaritiæ studeãt, immemores Platonis præcepti in septimo de Rep. scribentis, magistratus & consules non auri sed uitæ probæ & prudẽtis diuites esse debere. At ipsi non curant quanta prudentia, sed quanta opulentia præpolleant, nõ quàm probæ & utiliter, sed quanto fastu, & tyrannide regant, hinc & sibi & Reip detrimentum, & execrabilem calamitatem adferuntt potissimum, & ut ignaui uixerũt ita & ignobiles moriuntur, ipsorumq; nomẽ cum ipsis esse desinit, quod iniquũ esse idem Plato libro de legibus quarto ostendit dicens. Nemo est qui non desideret perpetuum apud posteros nomen habere, nephasq; est immortalitate seipsum priuare. Et in epistola ad Dionysium Siracusanum ait, fit natura quadam ut ignauissimi homines nil curent, quæ sit de ipsis futura opinio, probatissimi autem uiri cuncta faciunt, quo in futuris seculis bene de se loquentes homines audiant, atq; nos ista curantes subiungit Plato, nihil religiosius agere possumus, & negligentes nihil prophanius. Ob hoc constat ueteres Heroes qui altiori consilio & sapientia claruerunt, maximum literarijs monumentis assequendæ immortalitatis curam habuisse, quod & de Alexandro illo magno Macedonum rege legimus, qui ad Achillis monumentum constitutus ingemiscens dixisse fertur. Fœlix Aeacida cui tanto contigit ore. Gentibus ostendi creuit tua carmine uirtus, tanquam ad rerum suarum gloriam id solum deesse sibi quæreretur, qui res suas fortiter præclareq; gestas posteritati luculento aliquo atq; insigni opere contraderet. Adeo ut quum post Alexandri tempora Archistratus nobilis poeta inopia premeretur, ei à quodam sic dictum. Tu uero si Alexandri tempore fuisses, in præmium cuiuslibet carminis Cyprum aut Phœnicã rece

piſſes. Eo quoq; animo Dionyſius Siracuſanus in ſua aula ſophiſtas atq; doctos uiros ſe fouere aiebat, ut per illos fieret admirabilis dignuſq; commendatione. Et re- uera nihil pulchrius eſt, quam aut proprio ingenio ſe clarum reddere, aut doctorũ uirorum præconio celebris fieri. Fœlix autem qui utrumq; aſſequitur, quemadmodum tua illuſtris magnificæntia, quæ & ſi proprio ingenio clareat plurimum, pulchrum tamen putat eruditorum uirorum ſcriptis genuinæ claritate augmentum accedere, hinc nullis parãt ſumptibus, nulloq; labore, ſed abſq; omni intermiſſione ſtudioſos diuicijs adiuuat, ut adiuti ſine ullo impedimento in literaria paleſtra deſudantes quottidie aliquid eorum ingenijs & tuæ nobilitatis laude condignum poſteritate contradere poſſint. Inter quos & ipſe ut humili titulo omnium extremus, ita ingenio longe minimus, munifico generoſæ tuæ humanitatis ſubſidio adiutus, hoc puſillum munus e chartacea noſtra ſuppellectile tumultuaria æditione depromptum, pro immortali nobiliſſimi nominis tui incremento humiliter offero Rogans immenſam tuam magnificæntiam, ut hoc quantulumcunq; ſit, hilari fronte ſuſcipiat, & mentem donantis non munus quod ſatis tenue eſt, & tanto patrono indignum perpendat. quod ſi tua magnificẽtia ut ſpero, fecerit polliceor me breui tempore nobiliori munere tuã generoſam magnificæntiã honoraturum. Nunc ualeat tua præſtãtia, Barthphe ex noſtra domuncula.

Idibus Februarijs. Anno à uirgineo partu, Milleſimo Quingenteſimo Decimonono.



DE MVNDI CONTEMPTV ET VIRTVTE amplectenda Dialogus, per Valentinum Eckium Barthphanæ ſcholæ moderatorem, æditus.

INTERLOCVTORES

Pantharetus. Coſmophilus.

VOlui te ſæpius admonere Coſmophile, quo huius ſeculi vanitatibus neglectis, ad virtutum diuerticula aliquando cõmigrares, verũ tam occupatum mundana hac cõcupiſcentia te ſemper inueni, vt cõmonendi opportunitas mihi oblata fuerit nunq;, quũ aũt iam præter tuã cõſuetudinem pauliſper a terrena deflexeris meditatione, mihiq; ſemel opportunus occurras, viſum eſt, vt enumeratis calamitoſæ vitę huius miſerijs, ad pręclarum virtutis tramitem, vel nolentem te perducam. COS. An tu cenſes tanto me inuolutum errore quo te duce indigeam? ego quippe has fœlices huius mũdi delicias ſecurus & hylaris adeo perambulo, vt quẽuis ducem ſuperuacaneum exiſtimem, ipſe mihi dux ſum, greſſumq; quo libuerit nullo adhibito ductore flecto. PANT. Et inde fit vt regio tramite derelicto, nũc in leuam, interdum in dexteram partem errabundus expatieris, qui enĩ ſpreto ſapientũ conſilio, ſuo ducit ſenſu plerunq; a veritatis via inſipienter aberrat. COS. Tu ergo ſapiens haberi vis? PANT. Nec volo nec cupio, ſed ſapiẽtũ obſequi cõſilio duco nõ incommodũ. COS. Quorum? PANT. qui recto iuditio verũ a falſo, diuinũ ab humano, diſcernũt, & id quod mente volutant, atq; ore docent, actibus cõplere nõ negligunt. COS. Illos tu ſapiẽtes vocas? PA. Illos inq;, qui quũ ſtrennui diuinarum rerũ ammiratores ſint, terrena irritamenta ceu diabolicos laqueos, in quibus tu tamẽ ſummã (vt video) collocas beatitudinem floccipẽdunt, pedibus conculcant, & mentis oculos ſolum illuc dirigũt, quo nemo terrenę voluptatis amator peruenire poteſt COS. Pro nihilo ergo tã beata huius mundi bona pendis?

Via regia

Qui ſapientes.

In terrenis rebus nulla felicitas. PANT. quid beatas? imo ipsa vere beatitudini maxime inimica iudico. COS. quid ita? PANT. quia hæc sunt cum quibus perpetuus homini est conflictus. & quidem periculosus, blandiuntur em̃ primo, deinde irretiũt, postremo capiunt, & captum a vera fœlicitate ad æternam damnationẽ secũ trahunt, sic nobis litus melle gladius & lætale mulsum porrigitur, quũ voluptatis panẽ calamitosus lapis subsequitur. COS. Non potest ergo homo bonis affluens tẽporalibus etiã ad verã illis vti beatitudinẽ. PANT. Potest *In diuicijs periculum* quidem, sed magno cũ periculo, oportet em̃ qui velit om̃ino bene & cum virtute viuere, vt habens ipsa bona temporalia, sit quasi non habeat, hoc est nõ ad prurientem vtatur libidinem, sed ad moderatam perfruitionem: superflua nõ *Crates Thebanus* (vt Crates ille Cynicus) in mare proijciat, sed pauperibus clemẽter imperciat, secundũ quod scriptũ est. Si vis perfe *Math. 19* ctus esse, vade & vende omnia q̃ habes & da paupibus, & veni sequere me, & habebis thesaurũ in cœlo. Fœlix ille ac terq; quaterq; beatus, qui huius sordidi & momẽtanei thesauri erogatione cœlestem fœneratur. COS. Nullus vnq̃ mihi persuadebit q̃ pauperibus ita meas distribuam opes, vt ipse tandem ægens, oris mendicabulũ & corporis amiculum ab alijs supplex emẽdicare cogar. PANT. Nemo tibi suadet etiam, sed vt modus in ceteris rebus oĩbus, ita & *Liberalitatis officiũ.* in eleemosynarũ distributione est seruandus, debet em̃ liberalitas honeste fieri & rationabiliter, quod si minus factum fuerit, plus vitij quã virtutis ipsi accedet. Quis precor tam expers rationis est, vt plus elargiri velit, quã vel debeat aut suæ facultates patianť? Ita tribuendũ est, vt semper nobis

pauxillũ pro nostrę vitę sustentatiõe relinquatur. Parũ aũt *Contra auaros.* vnicuiq; satis est, si auaritia mentæ fuerit exclusa. Hinc nõ satis admirari possum illorũ Philargyriam qui vt terrã, cui *Philargyria.* aurũ infodiunt, cumulatiorem reddãt, suum geniũ defraudant, se curis emacerant, pallent semper, nunq̃ degũt sine *Auarus semp tristis.* tristitia, hæc em̃ ipsorum indefessa comes, quę nõ nisi post mortem eos deserit. Attamen quũ auarorũ vita semper tristis sit, mors ipsos lætissima plerunq; occupat, eo q̃ nõ sibi *Auarorũ mors læta vita tristis.* sed alijs, qui summo cũ gaudio suę hereditatis portiunculã expectant, tanta auiditate opes comportarint: ipsi colligũt, vt alij dissipẽt, tenax em̃ semper acquirit prodigũ, sed parũ esset diuitias cumulare, modo id iuste fieret, verũ ipsi nulla *In auaros morsus.* æquitatis ratione habita, vt plerunq; subditorũ bona eripiunt, alienas hereditates occupant, pupillos abigũt, miseras q; viduas opprimunt, & q̃d omniũ turpissimũ est, testamẽta, quas vltimas voluntates nuncupamus, pro pijs operibus exequẽdis, in extremæ vitę agone bona illis fide, ab his qui e vita migrant cõmissa, in suũ conuertunt vsum, & quũ ipsi ignaui sint, nec tenuẽ proprio labore acquirant assem, hinc ditescunt, intumẽt, superbiunt, quod quam iniquũ sit, nemo tam alienus a ratiõe est qui nõ liquido perspiciat. COS Cogor ipse quoq; cõfiteri eiusmodi homines qui talia faciunt, nõ humano solum, sed æterno supplicio esse dignissimos, nec puto rem vllam omnipotẽti deo magis odiosam, quã iniustam opum occupationem. PANT. Prudẽtius loqueris q̃ vnq̃ antea, sic sentiendũ est, quippe cum omniũ *Auaritia.* malorũ fomentũ & mater sit auaritia, deo & recte mẽtis hominibus displiceat necesse est, quũ nemo malus bonis pla-

In diuicijs voluptas.

euerit vnq̃. COS. Sic eſt vt dicis, ſed certe habet ampla rerum poſſeſſio nōnihil in ſe voluptatis, quū omnia huic penes quē diuitiæ ſunt, attribui videamus, famam, honorem, fortitudinem, ſapientiã & iuſtitiã. PANT. Hoc imperitæ plebeculę iuditiū eſt, q̄ extra omnem rationem poſita, ſolo oculorū examine res cunctas perpēdit & æſtimat, certiori iuditio ſapiētes inſiſtūt, qui ſpretis externis bonis, interna, hoc eſt mentis bona tantū in homine cōmendāt, ꝗ hæc immutabilia ſint atq; æterna, illa vero fluxa atq; caduca, hæc em̄ & hic delectāt, & illic fœlicitant, illa vero cōtra hic ſtrāgulant, illic deſerūt, quū nemo vnq̃ mortuus ipſa ſecum deferat. COS. Aſſentior tuis dictis, at vnum effutiſti, cui nequaq; aſſentiendū duco. PANT. Quod eſt? COS. Illud quo diuitias ſuos ſtrāgulare ais poſſeſſores. PANT. Hoc nihil verius abs me dictum eſt, q̄d tu haud ſecus ac Sybillæ folium amplecti debes, videmus em̄ ante oculos, nec opus eſt veterum cōmemorare exempla, omnē luxū atq; ſuperbiam apud diuites regnare potiſſimū, quibus ita ſtrangulātur, vt omnē animę ſalutem ꝓrſus negligant, quid plura? conſtat ipſas diuitias hominem, neq; ſapientē, neq; virtuoſiorem facere, ſed ad multa mala perpetranda allicere. Hinc nō immerito Democritus & Anaxagoras, quo expeditius philoſopharentur, quas habuerūt ſuis ciuibus dereliquerunt opes, nudiq; nudā ſequuti ſunt philoſophiam. Phocion Athenienſis, & nihil habuit, & quū poſſet nihil habere voluit. Matheus grandem publicani quæſtus pecuniam, Bartholomeus ſtemma regium, diuinarū rerum deſyderio capti deſeruerūt. Poſſem multos (ſi opus eſſet) enumerare

Democritus Anaxagoras.
Phocion.
Matheus.
Bartholomeus.

qui virtutū amore opes cōtempſerūt, quod certe nequaq; feciſſent, niſi terrenas illas diuitias, plus impedimēti q̄ commodi virtutū, & veræ beatitudinis ſtudioſo afferre cognouiſſent. COS. Habet nōnihil veritatis in ſe quod hactenus dixiſti. ſed eſto diuitiæ plus mali quā boni in ſe habeant, vt merito a ſapientibus cōtemnantur, voluptatem tamen mihi amplectendā concedes. PANT. Quid ais voluptatem? qua nulla capitalior peſtis vel vnquam fuit vel fieri poterit, COS. Parcius loquere & rem propius accuratiuſq; circūſpice, atq; caue ne præcipitis te iuditij ſero tandem pœniteat. PANT. Non muto dictū, imo hercle tibi mēte libera & præmeditata iterū dico. Nullam peſtem nec eſſe nec fuiſſe vnq̃, quę hominis mentem adeo ſubuertat ac ipſa voluptas, illa em̄ eſt quę ex homine aſinū facit & mulum, quū ipſe abiecto om̄i recte rationis iuditio, per voluptatum abrupta beluino fertur impetu atq; inſania. Virtus aūt ſecis libera ſordidæ, intaminatis fulget honoribus, atq; ſublime caput condit inter ſydera, dum ipſa voluptas ſquallēs atq; deiecta tellure iacet ſordida, vbi improuidā plebeculā ſua labe contaminat. Quo fit, vt meritiſſimo iure virtus quaſi indignabūda hijs verſibus apud Sylliū obiurgat voluptatē

Quippe nec ira deum tantum, nec tela, nec hoſtes,
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circum te ſemper volitans infamia pennis.

Sunt etenim luxuria & gula inſeparabiles voluptatis comites, quæ ipſam quoquo greſſum tulerit, gradu ſemper ſequūtur citiſſimo, & hæ ſolæ omniū malorū viciorūq; ſunt

Diuitiæ uirtutū impedimenta.
Voluptas.
Syllius in 15 punicorum.

alumnæ. Luxuria quippe omne turbat consiliũ. generosos
Luxuriæ animos emollit, magnanimas cogitationes subuertit. corpo
mala. ris vires eneruat, ingenium debilitat, capitis vertiginem in-
ducit, intestinorũ & præcipue stomachi dolorem generat,
oculos caligine, cerebrũ hebetudiẽ afficit, omnẽ vitalẽ spi
immutat, mentẽ occecat, corpus macilentat, vitam abbre-
uiat, & quod pessimũ est, hominẽ deo odibilem facit, quũ
32. q. 4. lex ipsa manu dei scripta, Nõ mœchandũ præcipiat, vbi (vt
Gula. in decretis est) omnis spurca fornicatio prohibetur. Gula
quoq; homini maxime nociua est, nam præter quod mẽtis
hebetudinẽ inducit, ineptam facit lætitiam, garrulitatẽ, im
munditiam & scurrilitatem. Præterea bonorũ spũaliũ per-
ditionem, homicidium, mortem repentinã, & quod horrẽ
dissimũ est, æternam homini damnationẽ apportat. Taceo
& volens prætereo quot ægritudines, quãtas calamitates
inferat, hinc eñ rixæ, cædes, infanda facinora, vrbium atq;
ꝓuintiarum euersiones cõtingunt, quis enim putat stabile
Sapientia fore quippiam vnde absit sapientia quam ebrietas primaria
uino obũ- Gastrimargie species obumbrat? Hinc nequeo satis mirari
bratur. de quibusdam nostræ tempestatis hominibus qui maxime
Persæ in- tũc quũ vino madẽt, Persarũ more, de illis rebus quæ sobri-
ter uina um exquirunt iuditium tractare solent, quũ vinũ (vt in Es-
magnis de
rebus dis- dræ libris proponitur) mentem seducat, & nõ consiliũ sed
putant. furentem gladiũ affectet, quo seuiente omne iustitię robur
inuertitur, & miserabiliter proteritur. Est ergo ebrietas sæ
Ebrietas. uissima humani generis pestis, animorũ simul & corporũ
labes, quæ primo hominẽ rationis impotem facit, & multo
rũ malorũ fomitem subministrat, vt eñ in sobrietate ꝟtutũ

concordia, ita in temulẽtia sita est ruina. Ast hæc & alia mũ
danæ cæcitatis excidia facile, vt spero euitabimus, si q̃ttuor *Cõtra mũ*
dana desy
sequentes semper præ oculis habuerimus admonitiones, *deria quat*
horrendam mortis nostræ diem, cœlestis curię intuitũ, pœ *tuor admo*
narum æternitatem, & tremendũ extreme diei iuditiũ. Salu *nitiones.*
tifera quoq; pharmaca quæ tibi breuissime degustanda ꝓ- *Quiq; me*
dele cõtra
ponam ad eliminandas terrenas cõcupiscentias nõ parum *uoluptates*
efficatiæ habere mihi perspiciũtur. Primũ prauæ societatis *terrenas.*
fuga, & bonorũ consortium, trahuntur eñ a conuersantibꝰ *Primum*
mores, & voluptarius cõuictor suę mẽtis habitũ cõuictori *pharmacũ*
affricat. Cum sancto sanctus eris ait scriptura, & cum per- *Psalmo 17*
uerso peruerteris, quemadmodũ eñ dicit Seneca, in con- *de ira li. 4*
tactis corpore vitia transiliũt, ita animus mala sua proximis
tradit. Ebriosus conuictorem in amorem vini traxit, impu
dicorũ cœtus, fortem & si liceat virũ emollit. Auaritia in ꝓx
imos virus suũ transtulit. Eadem e diuerso ratio virtutũ est
vt omne quod secũ habẽt mitigent, nec tam valetudini pro-
fuit vtilis regio & salubrius cœlũ, q̃ animis parũ firmis in
turba meliorũ versari, quę res quantũ possit intelliges si vi-
deris feras quoq; cõuictu nostro mansuescere, nulliq; im-
mani bestiæ vim suam permanere, si hoĩs contuberniũ diu
passa est. Fugiamus ergo om̃ibus modis superborũ socie-
tatem, ipsis eñ deus resistit. Vitemus auaros, ex tempora- *Iacobi 4.*
lium eñ amore om̃e peccatũ profluit. Non seducant men *Eccles. 10*
Grego. in
tes nostras luxuriosi, quia bona cogitare luxuria non per- *moralibus*
mittit. Inuidos penitus abijciamus, ipsa eñ inuidia iniqui- *Sapien. 2.*
tatis ostium est, per quã mors intrauit in mundũ. Gulosi ꝓ *Ezech. 26*
cul cedant, obesus eñ venter ad diuinorũ vacationẽ inido-

neus est. Iracundi nō seducāt nos, sunt eñ ab omni ratiōe
Psalm. 33 alieni. Ignaui, quia nō a malo diuertūt vt bonū faciant, a no
bis nō recipiantur. Et quod vtilissimum puto detractores
Ad Rustiсū mona. nullo pacto æmulemur, præcipit eñ diuus Hieronymus,
Nulli detrahas, nec in eo te sanctū putes si cæteros laceres,
Detractores Accusamus sępe quod facimus, & contra nosmetipsos di-
serti, in nostra vitia inuehimur muti de eloquētibus iudicā
Ad Nepotianum. tes. Et in alio loco. Caue ne linguā aut aures habeas pruri
entes, id est, ne aut ipse alijs detrahas, aut alios audias detra
hentes. Et paulo post. Parce a detractione linguę, custodi
sermones tuos, & scito quia per cuncta, quę de alijs loque
ris, tua cōscientia iudicaris, & in his ipse depręhenderis, q̄
in alijs arguebas, neq; vero illa iusta est excusatio, referenti
bus alijs iniuriam facere nō possum. Nemo inuito auditori
libenter refert. Sagitta in lapidem nunq; figitur, interdum
resiliens percutit dirigentem. Discat detractor, dū te videt
nō libenter audire, nō facile detrahere. Cum detractoribus
Prouer. 24 (ait Salomon) ne miscearis, quoniā repente veniet perditio
Secundum pharmacū Ocium. eorū. Secundū, Ocij fuga, oīm eñ viciorum mater, vt ait
Hieronymus, est ociositas, nutrit discordias, bona tempo-
ralia ingenti labore acquisita dispergit, & q̄d frequētissimū
est omni luxui inseruit, quod Piætus noster, cuius hortatu
hęc quātulacunq; sunt tibi, vt mūdana tandem destituas ob
lectamenta, non inuitus enarro, hoc expressit Tetrasticho.

Si vis Cypriacos animo remouere furores
Sperne voluptates, otia blanda, merum.
Nanq; Thyoneo bibitur Cytherea liquore,
Dant Veneri patulas otia multa fores.

Et reuera sic est, vt homines otio dediti procliuiores sint in Otiū causa libidinis.
pestiferam luxuriam, q̄ qui laboribus vitam traducunt, vi
tandū ergo otiū, quod luxuriam, q̄d ignauiam adducit. In- Inertia.
ertia siquidem nihil est aliud nisi pullulans in latebris lang-
uor, ex otio torporeq; proueniens. Hinc apud Athenien- Atheniēsiū institutū
ses vt languescentis inertiæ torpor e medio tolleretur. Are Areopag.
opagus ipse quid quisq; ageret Atheniensium, aut quo-
nam quæstu vitam tueretur diligētissime solebat inquirere,
quod si hoc tēpore nostri procurarent rectores, nō habe-
remus tot maledictos suarū possessionū abliguritores, non
hunc & illū alea ex summis opulentijs in infimā detruderet
ægestatē, non alios vini amor, alios inordinata rei venereæ
Cupido a suo labore, & quod castigatione dignissimum est
vxore & liberis abduceret. Sed quid prodest surdo verba
facere? Induratū est cor iniqua agentiū, occecati sunt oculi
imperitantiū. Gaudemus madidi socios retinere liquoris,
Velim meminerint Solonem & si gētilem ita q̄ sanctissime Solonis dictum.
statuisse, qui otio sese dederit, omnibus accusare volētibus
obnoxius esto, Tertium. Temperantię amor. Temperan- Tertium pharmacū Tēpantia
tia eñ nihil immoderate facere permittit, nihil pœnitendū
appetit, in nullo rationis legem excedit, sub iugo cupidita
tem domat, Hinc ipsam, vt scitissime ait Macrobius, sequū In somnio Sapionis.
tur modestia, verecundia, abstinētia, castitas, honestas, par
citas, moderatio, sobrietas, pudicitia. Tēperet ergo sibi q
perfectus esse velit ab omni mundana voluptate, imprimis
tamē a libidine & auaritia, quę pestes vel solæ summis cala Libido.
mitatibus nō modo priuatos homines, verūetiam vrbes & Auaritia.
regna turpissime afficiunt. Inducatur honesta, temperata,

Bona consuetudo multum utilis. & virtuosa in omni actione consuetudo, quæ inualescente etiã coacti ab ipsa deflecti nequeamus, habet em̃ hæc tã in virtutibus q̃ vicijs tantã vim, vt etiã in naturam transire videatur. Lycurgi factum. Quod cũ populo ostẽdere vellet Lycurgus, duos catulos, vnũ in syluis, alterũ domi in popina educari fecit, hinc cõuocatis turbis tale exhibuit spectaculũ. Catulos ad duci iussit, & eos proposito hinc lepore, hinc cacabo, solui mandat, qui popinæ assuetus erat, ad cacabũ repentino cur sũ se proripuit, qui vero in syluis coaluerat, mira pedum le uitate fugientem leporem insequit. Proculdubio delitias affectat, terrenasq; voluptates q̃ delicatula a teneris vngui culis cõsuetudine adoleuit. Simus parẽtis oĩm naturæ non immemores, q̃ modico est cõtenta, & pro voluptate v̄tutem Quartum pharmacũ pro luxu temperantiã & modestiã amplectemur. Quartum Virtutis amor. Oderunt enim peccare boni virtutis amore Virtutis amator Claudian. Virtutis amator nihil externũ desyderat, sed mẽtalibus cõtentus bonis, quicquid caducũ est nauci pẽdit, siquidẽ virtus nil indiga laudis, diuitijs animosa suis, Immotaq; cunQuintum pharmacũ ctis casibus, ex alta mortalia despicit arte. Quintum. Futuræ vitæ consyderatio. Nemo em̃ speret cũ pręsentis sæculi spurcitijs æterne gloriæ remuneratione se adepturũ, imo de hac miseria in Belialem miseriam iusto dei iuditio migra bit, quũ cœlestis regni perfruitio tantũ diligẽtibus illum sit deputata. Quare electiõis vas Paulus Archiapostolus synAd Ro. 13 cera charitate ad Romanos scribẽs nos hortat. Abijciam ergo opera tenebrarũ, hoc est terrenas inquinationes atq; desyderia, & induamur arma lucis, mẽtiũ illumiatrices v̄tu tes, sic vt in die vltimi iudicij honeste ambulemus, ad æter

ne glorię pmissionẽ. Hæc sunt pręsentanea illa catapotia, tibi & Physica & æthica curatione abs me propinata, quæ si integro haustu deglutiueris, corpus tuũ a varijs ægritudi nibus, & animũ a mũdanis cõcupiscẽtijs, atq; æterno supplicio pculdubio liberabis, tu ergo epotato, deuorato, & illico ab aduersa mẽtis tuæ valetudine sanaberis. COS. Sic tibi cõsultũ videtur. PANT. Videt sane, pręsertim quũ ni hil prsus in se habeat voluptas, q̃d homo mẽtis cõpos desi Nihil boni i voluptate deret, hac em̃ sola re voluptas dotata est, vt quęrentes se fa tiget, possidentes infatuet, & ammittentes excruciet. Amit titur aũt, dũ vix bene quęsita cernitur. Quapropter bene M. M. Cato. Cato in ipsam ad Numãtiæ milites perorãs (vt est apd Gel In noct. At lib. 6. ca. 1. lium) dixisse cõprobatur. Cogitate cũ animis vestris si qd p laborẽ recte feceritis, labor ille cito a vobis recedet, benefa ctũ dũ viuitis nõ abscedet. Sed si contra per voluptatẽ neq ter feceritis, voluptas illa cito abibit, nequit illud factũ apd vos semp manebit. Quãobrem mi Cosmophile satius erit post hac oĩbus huius vitæ spurcitijs calcatis, ad virtutis castra deficere, vbi ab omni calamitoso corporis & animę impetu tuti erimus. Virtus enim suos alumnos nec viuos nec Virtutis p pugnacula mortuos derelinquit vnq;, immo ipsos adamãtino clypeo semp strẽnuissime tuetur. COS. Putas aũt nos virtutũ pręsidio adiutos ab oĩ aduersitate tutos fore? PANT. Puto equidẽ, atq; cõstantissime affirmo. COS. Velim ergo doce as qs v̄tuose viuat. PANT. Terrena occecatus caligine rẽ iam sępe dictã nondũ capis. Erige vultũ, desere cassam tuã mũdanarũ rerũ cõtemplationẽ, & intuere cœlestia, dicã deQuis uirtuose uiuat nuo qs virtuosę viuat. Ille qui bene, recte, & sine oĩ vitæ

labecula degit, calcās terrena, cōtemplās ęterna, nec quicꝙ̄ illorū q̄ huius mūdi sunt, inordinate affectās, nec honores nec fasces, nec inanē gloriolā, nec potentatum. COS. Vis ergo virtutis amatori potentiā nō esse ambiendam? PAN. Volo equidē, qm̄quidem nullus vnꝙ̄ sapiēs ipsam cōcupiuit. COS. Qui id diceret p̄ter te audiui neminē. PANT. Nō mirꝫ, habēt em̄ huius mūdi amatores aures sed nō audiūt, p̄terea talis sermo illorū est, cū q̄bus hactenus egisti q̄lis vita, cū huius mūdi amatoribus, in hūc vsꝙ̄ diem cōuersationē habuisti omnē, & hi sunt q̄ vanā amāt gloriolā, regnādi desyderio æstuāt, & potentatū siciēter ambiūt. Quapꝛopter hijs de reb⁹ semp̄ disputāt & loquūt̄, q̄s pectore volutāt. Secus q̄bus v̄tus cordi est faciūt, illis em̄ de virtutibus sermo est, & quū inuidiā magnā, pericula multa, labores infinitas, inextricabiles curas, & plus sexcenta mala in potētia uersari nouerint, ipsam tanꝙ̄ vltro exosam fugiūt, longeꝙ̄ ablegāt. Quis em̄ ratiōis cōpos e tēpestate in portū descēdere nō exoptet, & potētia quid aliud ꝙ̄ tēpestas? q̄ tāto p̄iculosior, quāto altior dignitas, & officia plura. In sceptris & diadematis (vt Petrarcha ait) fulgidæ sunt compedes, claraꝙ̄ miseria, q̄ si oībus plene nota essent, crede mihi, nō vno toties de solio litigarent duo, sed plura essent regna ꝙ̄ reges. Quod rex ille cuius Valerius meminit cōsiderans, quū sibi diadema traderetur, priusꝙ̄ id capiti imponeret retinuit diu, simulꝙ̄ sapiētissime dixit. O nobilem magis ꝙ̄ fœlicē pannū, quē si quis penitus cognoscat ꝙ̄ m̄ltis sollicitudinib⁹ & periculis & miserijs sit refertus, ne humi quidē iacētem tollere vellet. Et reuera sic est, ꝙ plus aloes

Potentiam nemo sapiens desyderat.

Potentiæ mala.

Fran. Pet. de re. pros. for.

Vale. Ma lib. 7. ca. 2

ꝙ̄ mellis in se habet potentia, quā si q̄s desyderat, mihi nō modo nō sapiēs videt̄, sed ipso certe Horeste insanior, oīm ꝙ̄ asino stolidior. Scribit Dion regnū esse rē arduā, laboriosam, plenā curarū, plenā negociorꝫ, q̄ incōmoda ipos principes sępe p̄turbāt. Satius igit̄ erit, si tranquillā viuere optam⁹ vitā, vt hęc cūcta incerta atꝙ̄ caduca, pręsentis vitę bona posthabeam⁹, & v̄tutē q̄ clara æternaꝙ̄ habet̄ toto conamie amplectamur, illa em̄ est q̄ bona oīa in se habēs, cunctas naturę incommoditates atꝙ̄ difficultates vincit, & sola fortunatissimos facere potest, habetꝙ̄ certū (vt ait Seneca) inter astra locū, atꝙ̄ nunꝙ̄ Stygias ad vmbras vertit̄ inclyta v̄tus. Plautus quoꝙ̄ eā optimū p̄miū esse affirmat, & quæ oībus reb⁹ anteeat. Depone ergo mi Cosmophile pecuinā tuā voluntatē, abijce Venereos lusus, pelle a mēte tua beluinā socordiā, fastū, auariciā, libidinē, cęterasꝙ̄ animi pestes lætifero veneno delibutas, & seq̄re tandē inuictissimi Herculis iter. Ille em̄ quū pulcherrimę mulieres duæ sibi de vitę instituto dubitāti astitissent, & altera voluptatē atꝙ̄ hui⁹ mūdi transitorias delicias, sed infamē exitū. Altera v̄o multiplices ærūnas & dein quietā vitę sedē p̄mitteret, mature secū deliberans hāc tandē secutus, illā spreuit, sciebat enim post laborem p̄miū sequi ꝙ̄ optimū. Quippe, vt Maro ait, Via virtutis dextrum petit ardua callem,

Difficilemꝙ̄ aditum primum spectantibus offert,

Sed requiem prębet fessis in vertice summo.

Virtutib⁹ em̄ vt ait Lactātius amaritudo permixta est, vitia v̄o voluptate cōdita sunt. Oīa aūt amara et grauia paciēt̄ ferēda sunt, et eo quidē promptius q̄d nobis impator deus

Dion Syracusan⁹ Platonicus.

Virtus æterna.

Iulius Celsus lib. 10

Apulei. de dog. Plat.

Sen. in hercule œtheo

In Amphi.

Herculis fi̇anus.

Ver. in descriptione lite. Pytha.

Libro pri.

præmia ꝑ laborib⁹ æterna cõstituit. Et quũ in hac terrena militia tm̃ hoĩes laboris exhauriãt, vt ea sibi pariãt, q̃ possũt eodẽ mõ perire q̃ parta sunt, certe nobis nullus labor recusandus est, q̃ id acquirat̃ quod nullo mõ possit amitti. Queramus ergo ꝟtutem q̃ animi domicilio inclusa, nec mortaliũ nec deoꝝ manib⁹ labefactari potest, immo ipa immarcessibilis & nunq̃ interitura, a Phlegethontheo ardore liberãs, ad cœlestẽ patriã nos est perductura. COS. Effecisti ꝑfecto hisce tuis sermonib⁹, vt me actę vitę plurimũ pœniteat, occæcatus eñ terrene voluptatis caligine, splendidissimũ illud diuinæ ꝟtutis culmẽ oculorũ intuitu ptingere potui minime. Agam tñ deinceps vt relictis huius vitę erroribus, ad ꝟtutũ castra & si in sublimi iugo collocata conscendã, tu mõ mi Pantharete volentẽ adiuua, & q̃ in loco ꝟtutꝫ domiciliũ sit locatũ pręcor ostende. PAN. Lætor mi Cosmophile tm̃ hijs breuibus me dictis ꝑfecisse, vt tu calcatis huius mũdi sordibus, vitã in melius cõmutare decreueris, ipse viã ad ꝟtutis tẽtoria, q̃ potero cõpendiosiorẽ tibi lubẽs indicabo, tu mõ arrectis auribus diligent̃ ausculta. COS. Auscultabo. PAN. Necesse est, siquidẽ ꝟt⁹ ignauos odit

Val. Max libro tertio

oẽs, ipsa eñ tanq̃ oĩm rerũ dominatrix in sublimi collocata est arce, ad quã nõ fastidioso aditu, sed magnis laborib⁹ est ꝑueniendũ, audis hæc? COS. Audio, Nec vllos labores fugio. PAN. Decet, nec eñ aliter eo q̃ tendis ꝑuenire poteris. Est eñ, vt dixi, virtus in excelsa arce locata, & via q̃ ad ipsam ducit aspa, dura & senticosa, habet tñ in ꝑgressu diuerticula nõ inamena, ad q̃ si minus declinaueris, & attritas viæ duritia plantas refocillaueris, arcis fastigiũ delassat⁹

nunq̃ pertingere valebis. COS. Quæso te mi Pantharete, ne molestũ tibi sit enarrare, q̃ illa sint diuerticula & vbi situant̃, ne si inscius ꝑtergressus fuero, tandẽ fessus in ipso itinere deficiam. PAN. Domicilia hęc ad q̃ dixi tibi esse diuertendũ decẽ sunt, q̃rũ primũ fortitudinis est, e cuius intimis latebris timor, ignauia, & socordia funditus eradicata, ad voluptatũ castra diffugerunt, hinc domus ipsa interior splẽdidissimis effulget parietib⁹, in q̃bus clarissima insigniũ Heroũ facinora ingeniosissime depicta cõspiciunt̃. In ipso

Decem uirtutis domicilia.

Fortitudo.

vestibulo Hercules ille fortissimus, sua trinodi stans claua magnarũ rerũ studiosos humanit̃ suscipit, at oẽs ignauos ærumnarũ cõtẽptores toruo increpitãs vultu lõge ꝑpellit, Illuc igit̃ intraturus virilẽ assume animũ, ipsumq̃ custodẽ intrepido pectore intuere, qui postq̃ te hospitio susceperit pręclara gestarũ rerũ enarratiõe omnẽ viæ lassitudinẽ adeo subleuabit, vt celeri cursu ꝟtutis arcẽ petitur⁹ erũpes. CO. Sed q̃ tũc gressum dirigam? PAN. Expecta dicam, postq̃ fortitudinis domiciliũ affatim perlustratũ exiueris, cernes illico a dextra humilẽ domunculã pastorali casulæ nõ absimilem, in qua ipsa delitescit Sophrosine, q̃ a nobis temperantia dicit̃, cultu quidẽ exteriori non multũ exquisita, sed nec tñ sordida, interiori ꝟo fulgidissima, cuius cib⁹ olusculum est & panis, potus fontanus latex, cubile ipsa terra, & quũ oĩs immoderatus sumptus, fastus, carnis titillatio, & voracis palati ardor sit exclusus, in quattuor tugurioli angulis lætissime sedẽt puellæ, in primo parcitas & sobrietas in secundo honestas & moderatio, in tertio modestia & pudicitia, in vltimo abstinẽtia & castitas, q̃ oĩs doloris insciæ,

Hercules uirtutis splendor.

Sophrosine, temperantia.

Paritas.
Sobrietas.
Honestas.
Moderat.
Modestia.
Pudicitia.
Abstinẽtia
Castitas.

appetitū ab oī turpi & immoderata re cohibēt & coercent omnē corpis & animi languorē fortissime deturbāt, a q̄b⁹ postq̄ edoctus fueris in nullo rationis legē esse excedendā ad tertiū domiciliū gressum dirige, q̄d mox in accessu collis in viridi loco tibi occurret, est aūt ipsius liberalitatis domus oībus bonis affluens, a q̄bus nullus honesto passu accedēs ꝓhibet, immo ipsa liberalitas benefica manu cui dandū est opportuno tpe sua bona impartit, egenis succurrit, nudos vestit, sicientes potat, esurientes pascit, infirmos visitat, incarceratos redimit, hospites colligit, & ipsos mortuos humilit̄ sepelit. Postq̄ igit̄ liberalib⁹ recreatus donis, sceleratā habēdi cupiditatē animo excludendā esse didiceris, celeriter egredere, & apparebit tibi actutum alta domus, firmis graphice distincta columnis, intus amena, nitens, amploq̄ ornata paratu. Illam magnificētia inhabitat, q̄ honoratos tibi exhibebit sumptus, & clara tribuet magno conuiuia luxu, Ipsa siquidē sublimi residēs solio oīi cū decoro & dignitate opes suas in publicos vsus, alta ędificia, honorifica spectacula, & sacrarū ædiū extructionē liberaliter dispēsat. Dehinc quū ab ipsa deflexeris, & modicū vię cōfeceris, occurret tibi magnanimitatis domus, ex qua quū oīs fortunę volubilitas ꝓcul sit fugata, ipsa sibi constans omnē ambiguæ sortis casum intrepida expectat, res hūanas cunctas sua ꝑstātia & excellētia lōge esse inferiores reputat, oīa spernit, & q̄cunq̄ accidere possunt nō solū tolerabilia, sed etiā leuia & nulliusq̄ momēti iudicat, in illa domo martyres & mundi contēptores alunt̄, vbi necesse erit magnū te sumere haustū vt pristinū mētis tuæ habitū penitus abstergas. COS. Paratus oīa q̄ iubes diligēter exequi, modo ad ꝟtutis sedem ꝑducar. PAN. Ne dubita, habebis statim totius viæ cōpendiū, saltem attēde. COS. Attendā, ꝓsequere. PAN. Præfatam domū postq̄ destitueris, peruenies haud lōgo interuallo ad aliud diuerticulū, q̄d māsuetudo incolit, clementissima æstuātis furoris sedatrix, q̄ pestiferos beluinæ ferocitatis insultus ꝓhibet. Ab illa ergo inclytū debitę rationis edisce moderamen, & tandē lætus iter ꝓpositū continua, & ascende vlterius, vbi a longe domus vitro micantior ipso apparebit, quā veritas inhabitat q̄ vel sola hoīes deo ꝓximos facit, Domus ipsa in gramineo cęspite posita effulget, in q̄ neq̄ dolus, neq̄ fucus vnq̄ potuerūt intrare, immo oīes insidiæ, mēdacia, periuria, simulaciōes, & calliditates cum magna sui ignominia ꝓpulsant̄, ibi disces linguā nō debere ab animo discrepare, nec verba suis degenerare factis. Illic digressum ad comitatis domiciliū te via perducet, vbi ciuili verborū lepore depastus, ad iustitiæ migrabis domū. Illa in durissimo fundata saxo ab oīi impetu immobilis cernit̄, fores eius bipatētibus decoratę sunt valuis, in quarꝫ dextra ꝑgrandibus lr̄is Piætas est insculpta, in sinistra ꝟo Aequitas. Iustitia ipsa suū auxiliū implorantes ante ipsas ędes obuijs excipit brachijs, in cuius vestimēti ora hæc carmina descripta reperies.

Liberalitas. Magnificentia. Magnanimitas. Mansuetudo. Veritas. Comitas. Iustitia. Pietas. Aequitas.

Astræo genitore satam me gnaua vetustas
 Credidit, astrigero sum generata polo.
Sum generata polo, rectum qui gignit & æquum
 Ordine perpetuo quum inferiora regit.
Cuius ad exemplum se legislator adaptat,

Iustitiam populo quando dat ipse suo.
Insuper Auroram veteres tribuere parentem,
Sol cuius sequitur lumina clara vagus.
Notitiam rerum sequitur, sic credite, certam,
Iudicium verum, iustitięq; tenor.
In me igitur si quis furioso concitus œstro,
Tela iacit, sęuum sentiet ipse Iouem.
Sic Pilatus atrox damnans crudeliter ipsam
Iustitiam, iratum sensit adesse deum.
Atq; Syracusia crudelis in vrbe tyrannus,
Isthmiacam quondam dum petit exul humum.
Dat similem cunctis pœnam sic Iupiter olim
In me qui sæue bella cruenta mouent.

¶ Dyadema v̄o q̄d capiti impositū habet, hoc per ambitum continet Distichon.

In patruos olim superis Astræa fauebam
Signifero quare limite flamma feror.

¶ Dextra manus nudatum fouet ensem, vbi hij versus insculpti sunt.

Dextra mihi merito falcato prominet ense,
Supplicium sumo sanguine nanq; truci.

¶ Læua aūt manus binas æquato examine lances hoc elegiaco metro insignes sustinet.

Eminet æquata manus ecce sinistra bilance
Iusticiam stabili nanq; ministro manu.

Nihil penitus in illa domo offendes, q̄d nō religionē & humanę atq; diuinæ legis obseruationē cōstantissime suadeat, vt tu ipse oculata fide quū eo peruentū fuerit cōprobabis Postea nō ꝓcul a mōtis culmiē in vltimū diuerticulū gressū declinabis vbi inuenies dulcissimam amicitię sedem, nodis adamātinis circūquaq; munitā, adeo vlla cęcæ fortunæ exagitatiōe possit dissolui, siqdē pax, cōcordia, & diuū fauor ipām fidelissime circūstant omnesq; insidias, bella quoq; & hostiles impetus fortissime ꝓfligāt atq; ꝓpellūt. Tandē vbi ꝑdicta diuerticula eo q̄ dixi ordine laboriose ꝑgraueris, et singulorꝫ bona rite degustaueris, tū ad v̄tutis deuenies arcem cliuosa in rupe faberrime extructā, & oī ex parte liberam, vt cognoscas cunctis se æqualiter exposuisse, nec esse apud ipsam ꝑsonarū acceptionē, sed q̄ maiore animi desyderio qs ipām accesserit, eo ampliore dotatus ꝑmio abibit, vnicuiq; em̄ in captu bonorū suorū pōdus reliqt examinādū, hinc in ipsis foribus quū multa alia tū præcipue hoc disticho nescio quo autore grauiter æditum notabis.

Pax. Cōcordia. Diuū fauor.

Virtutis arx.

Nobilitas sine mente ruit, sapientia viles
Eleuat, haud virtus refugit quicunq; sequatur.

Habes iā Cosmophile v̄bis q̄ potui breuioribus descriptionem vię, q̄ ad v̄tutis arcē ꝑducit, vbi qd vtilitatis (si ipām ambulaueris) sis acceptur', ex supiorib' dictis affatim cognoscere potes. Age mō a terreno amore ad v̄tutis castra deficias. COS. Nulla in me ꝓrsus mora est, ingrediar ipsam q̄ ꝓposuisti viā, q̄ etsi vt ais dura sit, ꝑmiorū tn̄ spes omnem aspiritatem vt spero mitigabit. PAN. Vade ergo mi Cosmophile, & quū ad ꝓpositā tibi metā ꝑueneris mei nō imemor esto. COS. Absit ꝓcul a me vt tātorū beneficiorū imemor dephendar vnq̄. PAN. Dignū est, siquidē ipsa ingratitudo & deo & hoibus odio habet, caue ergo tibi semp ab ipā COS. Cauebo. PAN. Ita fac, & vale. COS. Et tu mi Pantherete diu & faustiter vale. FINIS.

AD EVNDEM MAGNIFICVM DOMINVM dominum Alexium Thurzum, Valentini Eckij in faſciculum Suppellectilium Epiſtola.

THales Mileſius, inter ſeptem illos quos Græcia ſapientes commemorat, ſi Apuleio fidem damus, præcipuus cui aureus tripos ex oraculi præſcripto datus eſt Nobiliſſime domine Alexi Thurze, dicere ſolebat illum eſſe fœlicem, qui corpore ualeret, fortuna locuples, animoq; nō ignauus eſſet. Exiſtimans nimirum hijs tribus indiſſolubiliter coniunctis, humanam conſtare beatitudinē, & id quidem rectiſſimo Licet enim, ut Solonis habet ſententia, ante extremū diem beatus dici debeat nemo, Fœlix tamen ille, & nominari & haberi iure debet, cui prædicta bona tuendo arriſerint uultu. Nam quū omniū rerū optandarū plenitudo ſit felicitas, ut diuo placet Auguſtino, neſcio an adhuc maius aliquid homo ipſe, penes quē hæc bona ſunt, exoptare poſſit, quū illis conſtet, & ad unguē perficiatur. Ex animo enim & corpe cōpactus eſt, utriuſq; ergo dotatus bonis ſi fuerit, fœlix eſt quū nihil quod optare debeat aut poſſit, ſibi deficiat. Te igitur clariſſime domine fœlicem meritiſſimo iure exiſtimo, cui parens omniū deus, eam corporis ualetudinē dedit, ut nec artus uegetiores, nec membra uel firmiora, uel formoſiora, aut aliqua prima naturæ, ueluti Carneades ipſa appellitare cōſueuit, præſtantiora appetere liceat. Nam ſi regulatiſſima tui corporis reſpiciamus mēbra, nec Troiano Paride, nec Macedonū rege Alexandro te inferiorem eſſe reperimus. Sin uero multiplicia uiuæ tuæ uirtutis decoramēta, quā fœlicem animū tuū exornāt, excolunt & uenuſtant, cōſyderamus, inuenimus te Demoſthene facundia. Neſtore prudētia, Pompeio affabilitate, Cyro liberalitate, Caluo ſanctitate, & Numa religione nō inferiorem. Es ſiqdem choro omniū uirtutū ſtipatiſſimus, & uſq; adeo clarus ut oībus exequo reuerēter ſis & ſuſpiciēdus & amādus. Hic ego inter tuos cliētulos minimus, tātis tuis uirtutibus excitatus, tuā generoſam præſtantiā uenerari ardētiſſime geſtio, at deſunt mihi præclara mūera, deſunt & opes. Offero ergo quā optimā in tuā excellētiā affectā habeo uolūtatē, & aptū mētis indiciū hoc minutulo atq; puſillo carmīe, ſup domeſtica ſuppellectilia iſtis diebus à nobis pperāti æditiōe cōpoſito, pie manifeſto, tuæ modeſtiæ & moderatiōi eius tenuitatē humiliter ſubmittēs, q ex ſublimi multarū dignitatum ſolio, humilia etiā reſpicere nō dedignaris, ueluti immortales dij, quos (ut cū Plinio loquar) cernimus, nō tam accuratis quādoq; adorantiū precibus, ꝗ innocētia & ſanctitate lætari, gratiorēq; exiſtimari, qui delubris eorū purā caſtamq; mentē, ꝗ ꝗ meditatū aliqd' carmē intulerit. Accipe ergo generoſiſſime domine Alexi Thurzo, hylari uultu hoc puſillū à tuo clientulo munuſculū, qd' ſi tuæ magnificētiæ placuiſſe cognouero, ad maiora meditāda animū intendā. Vale omniū nobiliū, pcerūq; decus & ornamentū, ex Bartpha xiij Kalendas Iulij. Anno ab orbe redempto, 1 5 1 5.

SVPPELLECTILIVM FASCICVLVS Per Valentinum Eckium compoſitus. Ad dominum Alexium Thurzum.

QVæ ſuper vxorum connubia ſacra, faceſq;
Dictaui nuper maxime Thurze tibi.
Excepit magno iuuenum turba inclyta plauſu,
Et gaudet tales ſe retinere iocos.
Aſt dubitat tibi ne maiores vel mihi grates
Debeat, ob tenuis ſcripta puſilla lyræ.
Scilicet illa tuum ꝙ ſint conſcripta fauorem,
Ingenio & gracili concelebrata meo
Hinc vtrumq; putat condignum laude perhenni,
Ambigit at cui ſit maior habendus honor.
Seu tibi ſiue mihi, ꝙ tu ſis carminis huius
Cauſa, ſed effectus ſim fabricator ego.
At nunc Thurze potens ceſſet dubitare neceſſe eſt,
Quum videt hęc iterum ſcripta dicata tibi.
Nanq; tuo auſpicio ſunt hęc quoq; condita nuper,
In lucem data ſunt ſumptibus atq; tuis.
Si tibi ſublimes fabricantur ſumptibus ędes,
Illuſtres arces, oppida, caſtra, domus.
Hinc opifex minimum ſemper ſortitur honorem
Sit licet ingenio maximus ille ſuo.
Seu formet lapides, cementum, ligna, trabeſue,
Aut fabricam quicquid condecorare ſolet.
Nemo ait arx hęc eſt fabri huius, ꝙ faber illam
Struxerit, ingenio fecerit atq; ſuo.
Illius, at cuius fabricata eſt ſumptibus, hinc te,

Non me, condecorant paucula ſcripta mea.
Nancꝫ tibi ſcribo, tibi noſter ludit Apollo,
Et tua ſunt q̄ nūc noſtra Thalia canit.
Quam tibi iam dudum propriam bone Thurſe dicaui
Alta tuum vt clarum nomen in aſtra ferat.
Et ſinat haud vllo tua candida ſtemmata pacto
Expungi, Phrygios ſed remanere dies.
Ergo Thurſe potens aures huc arrige blandas,
Suppelle-ctiliū notat faſciculum. Non audita prius metra puſilla canam.
Deſcribam paucis, quibus ægeat vnus & alter
Cui propriæ incumbit ſedula cura domus.
Eſtuarij ſuppellex. Conceſſo, firmis niteat domus alta columnis,
Et ſit pro voto condita rite tuo.
Ipſe tamen tecum, quis ſumptus, quanta ſuppellex,
Sit querenda, animo volue reuolue tuo.
Quilibet in primis decorare triclinia tentat,
Vtilitas & honor ſurgat vt inde ſibi.
Hinc nec abeſſe queunt & ſcamna, ſedilia, menſæ,
Et ſudariolum, mappula munda, vitrum.
Apyroton aut refrigeratoriū intelligit. Menſale, & peluis gutturnia, pocula Bachi,
Cantharus & ſciphus, vt largiter inde bibas.
Vaſcula, vas Samium, cunctorū adopercula pulchra
Cuprea vaſa quibus vina gelare queas.
Lances & diſci, de ſtanno & robore ligni,
Peniculus, cochlear, atcꝫ flabella, baſis.
Atcꝫ lebes, candelabrum. candela, ſalinum,
Alea cum ſpeculo, clepſydra, talus iners,
Et paries multa decoratus imagine, fornax

Artifici q̄ ſit rite peracta manu.
Hæc, plura omitto, ſi ſunt triclinia adornant,
Et faciunt, ſurgant commoda honorcꝫ tibi.
Hinc ego digredior ſubiturus clauſtra popinæ, Coquinæ utenſilia.
Hæc ſi defuerint, macra culina tua eſt.
Olla, tripes, cacabus, follis, crates & obelus,
Caldare, & cribrum, tum penetrale, capis.
Atcꝫ micatorium, aſciola, ænula, cola, patella,
Cauterium, terebrum, planula, lenticulus.
Lecythus, calathus, melliria, tinna, batillum
Sarculus, vrceolus, vrna, pigella, ſcopa.
Sartago, vndeolus, quocꝫ fornicalia, peluis,
Atcꝫ ſcaphiſterium, concaua, arundo, ſcapha.
Ignile & ſulphur, reſinato fomite, ſicca
Nutrimenta, ſilex, furnea ligna, faces.
Hęc ſuper vnctoſa ſatis eſt dixiſſe culina,
Ingrediar celeri nunc pede dulce penu.
Nam te fumoſa clariſſime Thurſe popina Promptuaria ſuppellex.
Crede mihi nollem detinuiſſe diu.
Fumus obeſt oculis & veſtes Murice tinctas
Inficit, & tetro plenus odore ſcatet.
In locuplete penu teneam te longius, illinc
Seruatur grato multus odore cibus.
Caſeus, & panis, iuglans, auelana, placenta,
Botrio, poma, pirum, ſal, caro, piſcis, auis
Hordea, triticeum granum, miliumcꝫ farina.
Piſum, ſiligo, faba, melocꝫ, cicer.
Canabis atcꝫ bladum, vitia, & cum lente papauer,

Far, & quadrupedum dulcis auena cibus.
Brassica, beta, & olus, lachanum, quoq; rapa, pepones
Petroselinon, caulis, anethus item.
Allia, serpillum, prason, coriander, eruca,
Leucopiper, ciminum, saluia, menta, cepe.
Feniculum, redolens & hysopus, ruta, sinapis
Plena sinapeo vasa liquore simul,
Et raphanus, lactuca, noua confectio fruge,
Gallus, gallinæ, rauca columba, capus.
Atq; ferina caro, perdix, ceruus, phasianus.
Vrsus, ibix, dorcas, turdus, oryxq; lepus.
Cinnama, cumq; croco piper, ouaq;, pollen acerbum.
Zinciber, & butirum, lac, quoq; pinguis adeps.
Abdomen, lardum, farcimen, perna, botellus,
Et quę vix longa voce referre queam.
Nunc prępingue penu linquam, ne sordida forsan
Pinguedo Tyrios polluat ipsa sinus.
Balnei utēsilia. Intrabo calidis feruentia balnea lymphis
Et pingues tepido fonte lauabo sinus.
Illic nam purę longo stant ordine lymphę,
Lixiuium, vrceolusq;, amphora, tinna, scapha
Pileus agresti contextus stramine, pecten,
Pumex, & strigiles, castula, smigma, latex.
Spongia, lintheolum, lumbare, nouacula barbam
Squallentem, pulchre radere vt ipse queas.
Hęc, & plura quidem, decorant tua balnea, sed me
Ignitus prohibet plura referre calor.
Arescunt fauces, sitit os, calet vndiq; corpus,
Ceu quis in Aetheo viscera monte premat.
Frigida festinans apothecæ claustra subintro,
Vt potem suaui dulcia vina cado, *Cellæ uinariæ.*
Atq; sitim stringam, melius quo cætera possim
Dicere, quæ madido sunt modo grata penu.
Multiplici in primis cellaria plena liquore
Exundent, adsint dulcia vina tibi.
Quæ vel Creta parit, vel Chia, aut alta Veseui
Arbusta, aut Rheni saxea rura vagi.
Vel quæ Campanus mustoso colle Phalernus
Dat, vel in Huniacis Syrmia ruta plagis.
Et Zythus, dulcis potus, cereuisia Gallis
Dicta, ꝙ a Cereris nomina fruge trahat.
Insuper ad mensam bellaria grata secundam,
Coctana, cum cerasis, prunaq;, ficus item
Instrumenta simul vasorum, clepsydra, canna,
Atq; amicinum, vter, fistula, scala, proba.
Tinna, lagena, diota, cadus, tum cymbia, funis,
Vrnula, vasillum, dolia plena mœro.
Cętera prætereo, nam dulcia vina referre
Plura vetant, abeo hinc, atq; cubile petam.
Ebria molliculis prosternam corpora plumis,
Vt graue despumet vina phalerna caput.
Illic clauduntur plumata toralia, lodex, *Dormitorij suppellex.*
Stragula, puluinar, culcitra, cento, sagum.
Tomentum, lectica, thorus, ceruical, & arca
Arcula, plumatum, cista, grabatus item.
Præterea firmis res quę retinentur in arcis,

Chlamys, pileolus, vittaqꝫ, rheno, toga.
Diplois, & tunicæ, tibiale, ſubucula, pera,
Cingula, cum loculis, ære crumena tumens.
Pannus, aluta,, ſchæde, corium, marſupia, libri,
Atqꝫ metalliferis vaſa reciſa typis.
Hæc linquo, & breuiter referam vtenſilia trita
E locuplete queunt quæ nec abeſſe domo
Commũis Ligna, trabes, rami, trunci, ſarmenta, ſecuris,
ſuppellex. Et durus cuneus, lignea claua, ligo.
Verticulum, colus, & fuſus, girgillus, & vlna,
Cum filo foruex, hinc digitale, & acus.
Haſta, enſis, clipeus, galea, & lorica bipennis,
Tela, pharetra, arcus, pila, ſagitta, tuba.
Bombarda, & cuſpis, criſtę, baliſtaqꝫ, geſa,
Et miſeros homines quæ cruciare ſolent.
Cętera prætereo, ceu ſunt commertia, merces,
Et decet artificum quicquid habere manus
Inſuper obticeo cultos quod ſpectat ad hortos
Iumentum & quicquid poſtulat vſqꝫ tuum.
De puer- Narrabo potius miſero q̃ ſępe marito
perio. Abſumunt ſenſus, conſiliumqꝫ ſimul.
Nupſit & in gremium deſcendit forſan amicum,
Hinc onere immodico viſcera fœta tument.
Languet inops vxor, miſeram & lenitio torquet,
Torpet, & inflato turgida ventre dolet.
Edendi diuerſa illi conſurgit orexis,
Nunc has nunc illas flagrat habere dapes.
Fœcundo & poſtqꝫ turgens eſt proxima partu

Pondera vultqꝫ alui ponere magna ſui.
Obſtetrix quærenda tibi eſt, quę pignora ventre
Diſſoluat grauido, ſubſidiumqꝫ ferat,
Compater & populo tibi diſcernendus in omni
Quem laudi generi noueris eſſe tuo.
Vtqꝫ renaſcatur ſacris baptiſmatos vndis
Infans, fac citius templa ſacrata petas.
Inde puerperium quos ſumptos pende requirat,
Infanti cura & quę ſit habenda nouo
Faſciolis, cunis, puluinis, indiget ipſe
Et quę vix longa voce referre queam.
Ergo hic ſiſto gradum, nam ſingula carmine ſi quis,
Quæ reſtant, ſtudeat connumerare ſuo
Ille vagi tentet ſplendentia ſydera cœli
In numerum certum voce referre ſua.
Siſtimus ergo pedem, placido & ſub littore puppim
Figimus, hanc requiem Thurſe faueto mihi.
Quum tranquilla quies dabitur te Thurſe patrono
Scribam Threycijs carmina digna lyris.
Me modo Grineus pannoſum ſpernit Apollo
Et varius prohibet plura referre labor.
Viue igitur Pylios chariſſime Thurſe per annos,
Eckioli & famuli ſis memor oro tui.

FINIS.

Impreſſum Cracouiæ, per Mathiam Scharffenbergk
Sumptibus Marci Scharffenbergk, Bibliopolæ
ac Ciui Cracouieñ. Anno ab incarnatione Sal
uatoris noſtri. 1 5 2 8. 13 die Iunij.

Virtus est affectio animi constans, conveniensque: laudabiles efficiens eos in quibus est: et ipsa per se sponte separata etiam utilitate laudabilis. Virt. perferendorum malorum fortis, ac invicta patientia



